

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ecclesia r  
cum uariis

Tria possumus assignare tabernacula, scilicet materiale, misticum et morale; id est tabernaculum Moysi, tabernaculum Christi, tabernaculum cuiuslibet iusti. Tabernaculum Moysi fuit ex diuersis generibus ornamentorum conueniens structura, tabernaculum Christi est ecclesia, tabernaculum iusti quelibet fidelis anima. Vnum fit ex lignis imputribilibus, aliud ex sanctis animabus, tertium ex donis et uirtutibus. Moyses suum erexit in heremo, Christus in mundo, iustus in animo; omnes tamen in deserto edificauerunt.

Hugo libro III. de claustro anime.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Ecclesia r] Ecclesia s C, Ecclesia t P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; lignis] linguis P V<sup>1</sup>; animo] animos V<sup>2</sup>